



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

286. An illegitimus per professionem censeatur ipso facto dispensatus ad omnes Dignitates Religionis? Et an si illegitimus in Prælatum eligatur à sciente illegitimitatem eius, & potente dispensare ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76429)

rum non possunt Prælati irritare, quia non habent erga illos potestatem dominatiam, nec similiter Abbatibus possunt irritare vota Nouitiarum, possunt tamen Prælati vota Nouitiorum, & Nouitiarum commutare, & dispensare. Ita ille.

RESOL. CCLXXXIV.

An generales Religionum possint dispensare cum subditis illegitimis ad Dignitates, & Officia Ordinis extra Capitulum Generale?

Et an Generales Ordinum possint dare licentiam Prioribus localibus atque Prouincialibus dispensandi cum illegitimis ad Dignitates, & Officia Ordinis absque Capitulo Generali. Vel Prouinciali?

Et an legitimatus à Rege si intret in Religionem non censetur legitimatus ad Officia Ordinis?

Et an Sacerdos illegitimus dispensatus in seculo, & habens ibi beneficium curatum, si Religionem intret, sit dispensatus ad Dignitates, & Officia Ordinis? Ex p. 3. tr. 2. Ref. 102.

§. 1. Negatiue respondet Hieronymus Rodriq. in Compend. qq. Regul. ref. 42. n. 20. & alij, ex quadam Bulla Greg. XIV. in qua præcipitur, vt legitimatio, seu dispensatio Religiosorum, quoad dignitates & Prælatias, fiat à Generali vel Prouinciali cum Capitulo generali, vel Prouinciali, sed extra Capitulum non possit fieri.

2. Sed his non obstantibus, ex alio priuilegio Greg. XIV. concessio Clericis Regularibus ministrantibus infirmis in tom. 2. Bull. in Greg. XIV. const. 17. apparet posse Generales Ordinum, & de eius licentia Priores locales, atque Prouinciales cum illegitimis dispensare ad dignitates, & officia Ordinis absque Capitulo Generali, vel Prouinciali. Et ita hanc sententiam tenet Sigismundus à Bononia tr. de elect. part. 2. c. 4. dub. 76. numer. 6. Afcianus Tamburinus de iure Abbat. tom. 1. disp. 5. quæst. 14. num. 10. Laurentius de Peyrinis in priuileg. Mivim. tom. 1. const. 2. Julij II. 8. 29. num. 96. Imò Laurentius Portel in dubiis Reg. ver. illegit. n. 10. putat hoc esse verum, etiam in terminis prioris Bullæ Greg. XIV. quam affert pro sua opinione Rodriquez.

3. Nota tamen hic obiter, quod legitimatus à Rege, vel Magistratu sæculari si intret Religionem, non censetur legitimatus ad Officia Ordinis, quia Rex non potest tollere impedimenta canonica. Ita Portel n. 5 qui etiam n. 6. cum Miranda in man. Prælat. tom. 2. q. 2. art. 1. & Emanuele Rodriquez in qq. Reg. tom. 1. q. 1. art. 10. notat, quod Sacerdos illegitimus dispensatus in sæculo, & habens ibi beneficium curatum, si religionem intret, non est dispensatus ad officia, & dignitates Ordinis.

RESOL. CCLXXXV.

An irregularitas ex defectu natalium tollatur per professionem solemnem Religionis non solum quoad Sacros Ordines, sed etiam ad Prælatias suscipiendas?

Et an Prælati Regulares possint dispensare cum suis subditis illegitimis ad Prælatias, & Dignitates in Capitulo Generali, vel Prouinciali, ex Constitutione Gregor. XIV.

Et an per professionem Religionis deleatur etiam irregularitas ex usu Ordinis contracta, vt si illegitimus in seculo absque dispensatione ad Ordines promotus fuisset? Ex p. 4. tr. 2. Ref. 65.

§. 1. \* Licet illegitimus per professionem legitimetur quoad Ordines suscipiendos, non

tamen legitimetur quoad Prælatias intra Religionem, vel extra eam obtinendas, & ita docent communiter DD. vt Barbofa in collect. rom. 1. lib. 1. tit. 17. cap. 1. n. 3. Peyrinus tom. 2. de relig. Prælat. q. 2. c. 5. §. 9. n. 135. Sanctarellus var. ref. part. 1. q. 40. n. 1. Præpos. in 3. part. q. 5. de irregul. dub. 16. n. 130. Sebast. à Bononia in tract. de elect. part. 2. c. 4. dub. 72. n. 2. Bartholomæus de Vecchis in praxi nouit. disp. 13. dub. 6. n. 1. Lessius lib. 2. c. 4. 1. dub. 8. n. 73. Auila part. 7. disp. 10. dub. 6. Suarez de cens. disp. 50. sect. 5. num. 15. Henric. lib. 14. cap. 7. n. 2. Azorius part. 2. lib. 6. c. 4. quæst. 10. Sanchez in summ. tom. 2. lib. 5. cap. 5. num. 16. & alij penes ipsos, & hoc patet ex cap. 1. de filiis Presbyterorum.

2. Non desinam tamen hic in gratiam studiosorum apponere quæ adnotauit Villalobos in summ. tomo 1. tractat. 13. difficult. 60. tom. 10. vbi sic ait. Los Padres de la Congregacion de San Juan Euangelista en Portugal tienen un Privilegio de Eugenio IV. concedido al Conuento de San George de Algega de su Orden para que entre ellos. Admissus ad professionem, si habet defectum natalium, ipso facto sit dispensatus, non solum ad Ordines, sed etiam ad omnia solita gubernari per Fratres illius Ordinis, Prioratus, seu Præposituras, Rectorias, aut Officia inuicem compatiencia. De suerte que entre ellos el professó no solamente queda dispensado à las ordenes sino tambien à los oficios, y dignidades de la orden, y dixo un Padre que fue General de aquella orden en Portugal que se practicava entre ellos assi, y habiendo comunicacion de Privilegios me parece que se podria gozar deste no obstante que por ignorancia no se aya usado del. \* Porque Nicotao IV. concedio à los Padres de la Cartuxa que puedan usar de los Privilegios à ellos concedidos, aunque por simplicidad & ignorancia del derecho no hazan usado dellos en tiempo aaras, como no se aya prescripto contra ellos ni esten derogados, y presupuesto que gozamos de todos los Privilegios que estan concedidos à las demas ordenes, parece que podemos gozar tambien deste, y supuesto que Sixto V. Clemente VIII. y Paulo V. en las confirmaciones que hizieron de los Privilegios de nuestra orden no pusieron la clausula, quatenus sunt in usu, por todo esto me parece, que se podria usar deste Privilegio, salvo meliori iudicio. Ita Villalobos, & de hoc priuilegio meminit etiam Portel in dubitation. Regular. vers. illegitimus, numero nono.

3. \* Notandum est tamen præter supradictum priuilegium adesse constitutionem Gregorij XIV. in qua conceditur Prælati Regularium, vt possint dispensare cum suis subditis illegitimis ad Prælatias, & dignitates, in Capitulo tamen Generali, vel Prouinciali. Ita Barbofa de iure Prouincialis libro primo, capite 42. numero 290. & ego alibi.

4. \* Notandum est etiam hic contra Sayrum de censur. lib. 6. cap. 9. num. 3. per professionem Religionis deleri etiam irregularitatem ex vfu Ordinis contractam, vt si illegitimus in seculo absque dispensatione ad Ordines promotus fuisset. Ita Bartholomæus de Vecchis in praxi nouit. disp. 13. dub. 6. num. 3. qui citat Sanchez in summ. tom. 2. lib. 5. c. 5. n. 10.

RESOL. CCLXXXVI.

An illegitimus per professionem censetur ipso factò dispensatus ad omnes Dignitates Religionis?

1. & 2. præ Sacris Ordinibus ibidè §. 3. post medium, vers. Rante quod us & in Ref. 1. post seq. lege doctrinà à §. 1. v. que à §. 5. exclusiue, & in to. 2. tr. 2. ex Ref. 54 §. 1. in fine à Hinc etij. Et pro Prælatiuris extra Religionem contentis in lin. 3 §. 1. huius Ref. in fine R. seq. & magis latè in alia Ref. eius vltimæ not.

\* Sup. hoc in Ref. seq. §. 1. post medium, à Vers. y te due notas, & supra in R. 256. & in aliis eius primæ not. & lege etiam Ref. eius secundæ not.

\* Sup. hoc in Ref. præterita, & in aliis eius primæ annot.

Alibi ibidè.

\* Sup. hoc infra in Ref. 288. §. vlt. in prius.

Et an si illegitimus in Prelatum eligatur à sciente illegitimitatem eius, & potente dispensare super ea, hoc ipso censetur dispensatus saltem quoad forum conscientie, & an secus dicendum est quoad forum externum?

Et an Religiosus dispensatus ad gradus, honores, & dignitates Ordinis necesse sit, quod exprimat qualitatem illegitimitatis, an scilicet sit spiritus, naturalis, sacrilegus, aut incestuosus?

Et cursum docetur, quod sius Canonicum Religiosus illegitimus, hoc ipso quod solemnem faciunt professionem redditur habiles ad recipiendos Ordines Sacros.

Et an dispensatus ad Dignitatem inferiorem, vi talis dispensationis eligi possit etiam ad dignitatem superiorem?

Et docetur dispensatum ad Prioratum, Prouincialatum, & omnes alias Dignitates Religionis non posse esse Generalem Religionis sine nona dispensatione.

Et an illegitimus dispensatus in saeculo ad omnia, & qualicumque beneficia hoc ipso non possit eligi ad Prelaturas, ac Dignitates Regulares?

Et quid è contra, an dispensatus ad Dignitates Regulares non censetur dispensatus ad Dignitates seculares? Ex p. 10. tr. 13. & Misc. 3. Ref. 39.

In tractat. 9 part 10 in Ref. que nunc hanc sequitur, in eius §. 1. Sup. hoc in R. prater: & ex R. leg. sege à principio utique ad §. 5. ex clauis, & in tom 3. tr. 2. ex Rel. 54. ut. in fine, & ve i. Hac cuam.

§. 1. DE iure communi, respondeo negatiuè, ex his, quæ ego adnotavi in tractat. de Facultate Regularium dispensandi cum Illegitimis, & docet Sanchez in Summa tom 2. lib. 5. cap. 5. num. 16 & alij: Sed obseruo aliquos Doctores ex privilegio contrarium docere; & idem sic asserit Portel in Dubiis Regularium, Illegitimus, n. 9. Nota valde, quod Patres Congregationis Sancti Iohannis Euangelistæ in Portugallia habent privilegium in suo Compendio, fol. 9. pag. 2. in princip. per quod Eugenius IV. concessit Conuentui Sancti Georgij in Alga, sui Ordinis, vt admissus ad Professionem inter illos, si habet defectum naturalium ipso facto sit dispensatus, non solum ad Ordines, sed etiam ad omnia solita gubernari per Fratres illius Ordinis, Prioratus seu preposituras, Rectorias, aut officia se inuicem compatientia. Sic ibi. Itaque Professus apud illos non solum dispensatur ad Ordines, sed etiam ad officia, & dignitates Ordinis. Et mihi dictum fuit à Patre, qui fuit illorum Generalis in Portugallia, apud illos id prædicari. Ita ille; & post illum nouissimè doctus Pater Leandrus à Murcia, in cap. 4. super 2. Regul. D. Francisci, s. 2. n. 17. qui hæc verba addit. T. es mucho de aduertir, que este privilegio no esta derogado, aunque las otras Ordenes no ayan usado del, supuesto que tengan privilegio de participacion, (como le tenemos todos los Mendicantes, y casi todas las Ordenes) porque en dicha Orden se practica este privilegio, (como refiere Portel auerselo dicho un General de la misma Religion) y aunque el contrario uso del privilegio le derogue, ha de ser el tal uso contrario del mismo que tiene el privilegio, como enseña Rodriq. tom. 3. q. 5. 1. ar. 5. y Suarez c. 35. num. 6. De donde se sigue, que siendo el dicho privilegio de la Congregacion de San Iuan Euangelista, y practicando se en ella, està en pie, y en su fuerza para que puedan usar todos del. Et postea in capit. 5. §. 3. num. 33. sic ait: Conueniene à saber, que en nuestra Orden y entre los Padres Observantes, y Descalços, no pueden tener los ilegittimos sin dispensacion los officios siguientes: esto es, no pueden ser Generales, Prouinciales, Guardianes, Custodios, Vicarios de los Conuentos; porque en ausencia del Guardian el Vicario es Ordinario; y todo lo dicho se entiendo para nuestra Congregacion, y las demas que no admitten los privilegios; porque para las que los admitten à cerca de los ilegittimos, como diximos arriba en el capitulo quarto sobre el segundo de la

Regla en el numero ultimo, ay un privilegio de Eugenio IV. muy extenso, con que ipso facto, en profesando quedan legitimados, y dispensados para todos los officios, y dignidades. T. se deve notar, que se puede muy bien gozar del dicho privilegio, no obstante que por ignorancia no se aya usado del, porque Nicolas IV. concedio à los Padres de la Carruxa, que pueden usar de los privilegios à ellos concedidos, aunque por similitud, & ignorancia del derecho no ayan usado de ellos, en tiempos atras; como no se aya prescripto contra ellos, ni estan derogados; y pues que unas Religiones gozan de los privilegios de las otras, por la comunicacion, parece que pueden gozar tambien deste; y suplico que Sixto V. Clemente VIII. y Paulo V. en las confirmaciones que hizieron de los privilegios de la Regular Observancia, no pusieron la clausula, que tenus sunt in usu, y que el privilegio de la confirmacion (como enseña Manuel Rodriguez, Suarez, c. 10. n. 9. y 10. Pottel, verbo Privilegi confirmatio, n. 34.) es gracia y privilegio de las otras; todas las Religiones gozan de la dicha confirmacion, si tienen privilegio de comunicacion, como todas, & casi todas lo tiene; y ha de ser, de que se les comuniquen los privilegios concedidos, y los que se han de conceder, para que se les comuniquen la dicha confirmacion, y gozan de este privilegio, aunque no estè en uso. Hæc. que Leandrus.

2. Sed Magister Lezana in Summa, Q. Q. Reg. tom. 3. verb. Illegitimi Reg. num. 17. loquens de dicto Privilegio adducto à Portel ubi supra, sic ait: Sed quoniam ipse asserit prædictum privilegium esse in praxi apud prædictos Religiosos, quia tamen non mihi constat an sit vius vocis oraculo concessum, ac per consequens reuocatum his temporibus, iuxta sæpius dicta, vel esto quod tale non sit, quia reuocatum etiam videtur, per reuocationem generalem similibus privilegiorum factam per Sixtum V. in duobus Constitucionibus, tom. 1. cap. 18. numero 69 dixi præsertim in secunda, ubi expressè etiam nominantur illi, qui eo ipso per ingressum Religionis legitimati erant, & moderatio per Gregor. XIV. in Bulla Circumspecta. De qua eo loco dixi. Ideò non à deo dicere possunt nos aut aliquos alios Religiosos tali privilegio vti. Ita ille.

3. Notandum est hic obiter, quod illegitimus si in Prelatum eligatur à sciente illegitimitatem eius, & potente dispensare super ea, hoc ipso censetur dispensatus, saltem quoad forum conscientie. Probatur, quia in d. bio nemo præsumendus est malus, cum ergo illegitimus non possit eligi in Prelatum, hoc ipso quod Electores concilij illius illegitimitatis ipsam modo dicto eligunt, censendi sunt tacite cum eo dispensare, ne alias dicamus eos velle in tali actione peccare mortaliter. Dixi, idque saltem, quoad forum conscientie; vt inuenire fecus dicendum, quod quoad forum externum, provt notat Portel ubi supra, n. 7. Rodriguez, Miranda, & alij. Sed Pater Lezana ubi supra se aliorum iudicio subiciens in resolutione istius dubij ait se valde inclinare ad credendum præsertim dispensationem suffragari etiam pro foro externo. Vide Pellizzarium in Manual. Regul. tom 2. vbi supra, cap. 8. sect. 3. num. 101. qui antea num. 100. quærit an Religiosus dispensatus ad gradus, honores, & dignitates Ordinis, necesse sit, vt exprimat qualitatem illegitimitatis (num scilicet sit spiritus, naturalis, sacrilegus, aut incestuosus); siquidem istæ conditiones faciliorem, vel difficiliorem reddere possint dispensationem, adeoque hæc in re locum habere potest regula juris 81. in 6. in generali concessione non veniunt ea, quæ quis non esset verifiliter

mliter in specie concessurus? Et respondit negatiuè, cum verisimiliter credi possit Prælatum regularem intendere dispensare cum Religioso illegitimo, quocumque modo sit illegitimus & alioqui facillius concedi debeat talis dispensatio viris Religiosis quam Clericis secularibus, stante quod ius canonicum, *capit. 1. de Filiis presbyt.* Religiosos illegitimos hoc ipso quod solemnem faciunt Professionem, reddit habiles ad recipiendos Ordines, etiam Sacros. Et hanc sententiam tenet etiam Rodriguez *tom. 1. q. 13. artic. 6.* sed affirmatiuam sententiam docet Miranda *tom. 2. quest. 2. artic. 13.* Portel. *de dubiis regular. verb. Illegitimus. num. 11.* Peyrinus *de Relig. Prælatur. quest. 2. cap. 5. num. 145.* & Lezana *ubi supra*, ea ducti ratione quod, sicut notant Doctores communiter, tantò difficilius concedi debet dispensatio super illegitimitate; quanto turpius dispensandus fuit genitus, & modus illegitimitatis est foedior: quod etiam aduertit Aulla, *part. 7. de Censur. disp. 3. dub. 6. conclus. 2. notat. 1.*

4. Sed an dispensatus ad Dignitatem inferiorem vi talis dispensationis eligi possit etiam ad dignitatem superiorem? Respondet Peyrinus *tom. 1. priuileg. Consi. 2. Iulij II. num. 99.* non posse: probatque ex eo, quod permissio minoris non est permissio maioris quamuis alias dispensatus ad maiorem dignitatem censeri possit item dispensatus ad minorem, si minor contineatur sub maiori: vt Prioratus sub Prouincialatu, & Prouincialatus sub Generalatu. Quin addit Peyrinus, dispensatum ad Prioratum, Prouincialatum & omnes alias dignitates, quæ in Religione habentur, non idè posse esse Generalem sine noua dispensatione; cum clausula illa generalis, posita post specialia expressa, non includat maiora, sed solum consimilia. Et ita etiam docet Pellizarius *loco citato cap. 2. sect. 3. num. 143.*

5. Vtrum autem illegitimus in sæculo dispensatus ad omnia, & qualicumque Beneficia, hoc ipso possit eligi ad Prælaturas, ac dignitates regulares? Respondetur posse; cum ea dispensatio fuerit quædam legitimatio; & se extendat, vt docet Lezana *tom. 1. capit. 18. num. 61.* & Pellizarius *ubi supra num. 124.* licet contrarium asserat Pater Borionus, in *Consil. Regular. tomo primo, resolution. 12. numero 58.* absolute asserens, dispensatum ad dignitates regulares non censeri dispensatum ad dignitates regulares; sicut è contrà, dispensatus ad dignitates regulares, non censetur dispensatus ad dignitates seculares: Quod concedit etiam Lezana: & ante illum docuerunt Rodriguez *tom. 1. quest. 1. 3. art. 13.* Sanchez *lib. 5. Moral. capit. 5. numero 16.* aliique; & inuicè, cum priuilegia, vi quorum conceditur talis dispensatio, inducta sint in fauorem solius Religionis.

Et quid est sentiendum, si in dispensatione apponerentur hæc verba, ad quæcumque beneficia?

Et docetur, quod in Decretis, & rescriptis Pontificis verba aliquid operari debent; & non solum verbum, & quilibet dictio non debeat sine effectu aliquid operandi apponi, sed etiam qualibet syllaba.

Et asseritur quod licet ipsa dispensatio odiosa sit, ac stri-ctè interpretanda, præsertim tamen dispensandi late interpretanda venit.

Et aduertitur, quod dispensatus ad omnes seu quascumque Dignitates non censetur dispensatus ad Episcopatum.

Et an priuilegia contraria iuri communi strictè, vel late sint interpretanda?

Et an priuilegia Regularibus concessa absolute pro vtroque foro concessa intelligantur?

Et asseritur, quod legitimatus per subsequens matrimonium potest eligi in Episcopum, Cardinalem, & Papan.

Et an priuilegia dubia Regularium, dubitate orta ex ambiguitate verborum, & Iurisconsultorum interpretatione in fauorem Regularium sint intelligenda? Ex p. 1. o. tr. 9. Ref. vnica.

§. 1. Certum est, quod de iure communi solus Papa dispensat cum illegitimis, & Religiosis ad Dignitates, & Prælaturas, ex *Textu in cap. 1. de filiis Presbyter. & cap. nimis eodem titul.* hoc tamen intelligitur, seclusis Religionum Priuilegiis: Nam Prælati nonnullarum Religionum Mendicantium, & non Mendicantium ab aliquibus Summis Pontificibus habuerunt facultatem dispensandi cum suis subditis Illegitimis ad Dignitates, & Prælaturas; vt videre est in *Compend. Priuileg. verb. Dispensatio.* At Sixtus V. per duas Constitutiones, quarum prima incipit. *Cum de omnibus, ann. 1587.* Secunda. *Ad Romanum, ann. 1588.* contra illegitimos, huiusmodi dispensationes irritas declarauit.

2. Verum, his non obstantibus, post dictas Bullas Sixti V. Gregorius XIV. in Constitut. *Circumspecta.* reuocauit omnia Priuilegia Regularibus concessa circa Dispensationem, quoad illegitimos, cum hac speciali forma, vt illis Generalis, vel Prouincialis possent vt in Capitulis Generalibus, vel Prouincialibus, & non aliter. Sed post dictam Gregorij Priuilegium dispensandi in Capitulo cum illegitimis, emanarunt alia Priuilegia ampliora, concedentia facultatem, saltem Generali, dispensandi sine Capitulo, & extra Capitulum quouis tempore. Vnum Gregorij XIV. concessum Patribus Ministrantibus infirmis, quod incipit. *Illius qui,* in quo hæc verba habentur, *Concedimus facultatem Prefecto Generali eiusdem Congregationis pro tempore existenti, seu de illius licentia, Prefectis inferioribus aliarum locorum, seu Prouincialibus dictæ Congregationis pro tempore existentibus, & illorum Vicariis, ac loca tenentibus, vt cum eiusdem Congregationis personis defectum Natalium, etiam ex Adulterio, Sacrilegio, Incestu, quouis alio nefario, & illicito, ac prohibito, & damnato coitu prouentem patientibus, postquam in dicta Congregatione vota emisserint vt defectu huiusmodi non obstante, ad quoscumque sacros, etiam Presbyteratus Ordines promoueri, & in illis etiam in Altaris Ministerio ministrare, necnon ad quascumque Administrationes, Personatus, Præminentias, & officia dictæ Congregationis eligi, admitti, & assumi; illaque gerere, & exercere possint, dispensare libere, & licite possint, & valeant.* Hæc ibi; quæ quidem verba comprehendere etiam Generalatum tradit individualiter Laurentius de Peyrinis, de *Priuileg. Minim. Consi. 2. Iulij II. §. 19. num. 97.* cum seqq. Alterum Priuilegium est eiusdem Gregorij XIV. concessum Societati

Sup. hoc supra in Ref. 285. ex doctrina § 1. & 2. & in Ref. 286. & c.

Sup. hoc supra in Ref. 284. & 285. §. penult.

RESOL. CCLXXXVII.

An Superiores Religionum Monachalium, Mendicantium, & aliarum possint cum suis subditis illegitimis non solum ad Prælaturas inferiores, sed etiam ad Generalatum virtute suorum priuilegiorum dispensare?

Et an saltem Generales Religionum possint dispensare cum suis subditis Illegitimis ad Generalatum?

Et deducitur, quod illegitimus dispensatus ad Ordines censetur tantum dispensatus ad Minores.

Et quid, si in dispensatione ascatur ad omnes Ordines?

Et si illegitimus esset dispensatus, vt possit obtinere beneficia, an talis dispensatio non intelligatur, nec extendatur ad beneficia curata?